BENEDICTUS DE NURSIA. CONSUETUDINES UND VISITATIONSURKUNDE VON WEIHENSTEPHAN
2. Hälfte 15. Jh. Seite 3r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26400
Copyright: Admont, Benediktinerstift



3

feruore nouicio sed monasterii probatione diuturna
didicerunt contra dyabolum multorum sola
cio iam docti pugnare et bene instructi fraterna
exacie ad singularem pugnam heremi securi iam
sine consolatione alterius sola manu vel bra
chio contra vicia carnis uel cogitationum deo
auxiliante sufficiunt pugnare / Tertium vero
monachorum deterrimum genus est sarabaitarum
qui nulla approbati experientia magistra sicut aurum
fornacis sed in plumbi natura molliti adhuc operibus
seruantes seculo fidem mentiri deo per tonsuram no
scuntur / Qui bini aut terni aut certe singuli sine pa
store non dominicis sed suis inclusi ouilibus pro lege
eis est desideriorum voluptas cum quicquid putaue
rint vel elegerint hoc dicunt sanctum et quod nolu
erint hoc putant non licere / Quartum vero genus
est monachorum quod nominatur gyrouagum qui totam
vitam suam per diuersas prouincias trinis aut
quaternis diebus per diuersorum cellas hospitantur
semper vagi et numquam stabiles et propriis voluntatibus
et gule illecebris seruientes et per omnia deterio
res sarabaitis / De quorum omnium miserrima conuer
satione melius est silere quam loqui / Hiis ergo omis
sis ad cenobitarum fortissimum genus disponendum
adiuuante domino veniamus Qualis debeat
esse abbas Cap. 2m
Abbas qui preesse dignus
est monasterio semper meminisse debet quod
dicitur et nomen maioris fratris implere / Christi enim